



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

De quarto beneficio, quod nos Deo reconciliavit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

sum cœlestem diutius demorantur. Igitur infirmitatem gratias infinitæ misericordiæ Passionis Christi, quod in virtute Sanguinis sui nos liberaverit non peccato duntaxat & pœnis illius; verum etiam a crudelissima tyrannide & servitute Sathanz.

*De quarto beneficio Passionis Christi, quod nos Deo reconciliauit.*

Quemadmodum summum malum est esse in fine inimicitia cum Deo; ita & qui Deo se reconciliat, iniusque redit amicitiam, ut summum bonum restituendum est: & consequenter ut summum etiam beneficium censei debet, quod Christus per Passionem nobis exhibuit, restituendo nos Diuinæ gratiæ, tollendo sanguine suo causam odii & inimicitia, videlicet peccatum. Ita ait Sanct. Apostolus Paulus: *Deum etiam in Christo, Mundum reconcilians sibi.* Et ratio adducit: Non reputans illis delicta ipsorum: non imputando nobis: sed remittendo nobis peccata per merita Christi, quæ peccata causa erant inimicitia inter nos & Deum. Quapropter, qui non mereratur peccatum, pro nobis fecit peccatum, qui nunquam peccatum commisit, nimirum, Christus, se fecit pro nobis peccatum, hostiam videlicet, & sacrificium, ut abmitterentur peccata nostra.

*De quinto beneficio Passionis Christi, quod nobis aperuerit cœli portam.*

Obstaculum, quo observatur & occluditur portam cœli (& est locutio metaphorica, quæ significat vitam beatificam esse amissam aut impeditam, vel inchoatam, ponit Caietanus) non est aliud quam peccatum: *via illa Sancta vocabitur, & non transibit per eam nisi per peccatum.* Duplex est hoc peccatum: personale unum, proprium singulis: originale alterum ab Adamo descendit.

3. p. q. 49. ar. 5.

Isai. 35.

tur peccatum totius natura, seu inficiens totam  
 naturam. Christus per Passionem suam satisfecit  
 pro peccato, & pro omni pœna, & reatu pœnæ:  
 propterea dicitur Christus Passione suâ nobis ape-  
 ruisse & reterasse portas cœli: Ex quo etiam intelli-  
 gitur ante Passionem Christi nullus etiam sanctus, &  
 peccato existens, cœlum ingredi poterat: quia se-  
 cundum ordinem Diuinæ iustitiæ Christus satisfecit  
 pro peccato naturæ, nempe, pro peccato origi-  
 nis Adami, in quantum totam inficiebat naturam hu-  
 manam, quemadmodum fecit in Passione sua. Sed  
 quisquis, ante Passionem Christi remitteba-  
 tur peccatum per Circumcisionem in fide futuræ Pas-  
 sionis Christi, uti modò per baptismum in fide Passio-  
 nis Christi præteritæ, ergò etiam ante Passionem  
 illam ianua debebat esse aperta. Respondetur cum  
 quædam: quod per Circumcisionem remittebatur  
 peccatum originale ut contractum à filiis Adami in par-  
 tibus: sed non ab iisdem, tanquam à descendenti-  
 bus à Adamo, & pro ut peccatum illud inficiebat to-  
 tam naturam humanam, & in hoc secundo modo solus  
 Christus satisfecit Passione suâ: ac propterea non nisi  
 illam ianua cœli aperta est.

Et hæc, quæ de quinque beneficiis per Passio-  
 nem Christi nobis præstitis, ut quod nos liberarit à  
 peccato, à pœna, à potestate Diaboli, Deo nos re-  
 ligant, & ianuas cœli nobis aperuerit, breuiter per-  
 tractamus, sufficiant. Super est, ut de modo, quo Chri-  
 sti effectus operatus fuerit, dicamus.

De Primo modo, quo Passio Christi no-  
 stram operata fuerit salutem.

*Per modum meriti.*

Passio Christi, in quantum voluntariè acceptata  
 & oblata pro nobis, non meritoria duntaxat, verùm  
 merito extitit infiniti, propter infinitam Personæ  
 dignitatem, & Naturam Diuinam, ut iam statim dice-  
 mus: ergò merebatur infinitum præmium, ergò mereri  
 pote-